



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

XXV. Markgraf Otto I. bestätigt dem Domcapitel alle Gerechtsame und Besitzungen, am 2. November 1179.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Sifridus, Brandeburgensis, Martinus, Misnensis, Hubertus, Havelbergensis, Hermannus, Monasteriensis, Arnoldus, Osnabrugensis, Ulricus, Halberstadenfis, Anno, Mindensis episcopi, Laici vero Otto, marchio Brandeburgensis, et fratres ejus, Bernardus, comes de Aschersleibe, Theodericus, comes de Wirbene, Otto, marchio Misnensis et fratres ejus, Theodericus, marchio orientalis, Henricus, comes de Witin, Dedo, comes de Groiz, Fridericus, comes de Brene, alique complures. Acta sunt autem hec in curia sollempni Magdeburg celebrata, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. indictione XII. Kal. Julii, regnante domino Frederico, gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto, anno regni ejus XXVIII<sup>o</sup>., imperii vero XXV. feliciter. Amen.

Signum domini Frederici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus, imperialis aule cancellarius, vice Christiani, Mogontine sedis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Nach dem Originale.

XXV. Markgraf Otto I. bestätigt dem Domcapitel alle Gerechtfame und Besitzungen,  
am 2. November 1179.

— Otto, dei gratia marchio Brandeburch — ecclesiam cathedralem, in urbe nostra Brandeburch a pie memorie rege Ottone in honore dei et beati Petri, apostolorum principis, fundatam et constitutam, modis omnibus exaltare et honorare decrevimus et canonicos ordinis Premonstratensis, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam a Wiggero, Brandenburgensis ecclesie episcopo, in ecclesia beati Godehardi in civitate Parduwin primo sunt constituti, postea vero a Wilmaro, venerabili ejusdem Brandenburgensis ecclesie episcopo, consilio et ope Wichmanni, Magdeburgensis archiepiscopi, atque patris nostri marchionis Adelberti, nostroque cooperante juvamine in sedem episcopalem urbis Brandenburg sunt transpositi, sub protectione nostra suscipimus eisque omnem libertatem, quam clerici debent habere, quantum juris nostri est, concedimus et homines ecclesie ab omni servicio nostro et exactione et indebitis angariis et vexationibus liberos dimittimus, excepta communi edificatione urbis Brandenburg et iusto bello pro patria. Confirmamus insuper eidem cathedrali ecclesie in Brandeburch et canonicis in ea deo militantibus omnes villas et ecclesias et manfos et omnia a nobis sive ab aliis oblata, quorum propria necessarium duximus exprimenda vocabula: Locum ipsum videlicet, in quo dicta ecclesia sita est, in urbe scilicet Brandenburg, cum omnibus attinenciis suis, ecclesiam beati Godehardi in civitate Parduwin, cum curia adjacente, ecclesiam beati Nicolai in Luckeberg, ecclesiam beate Marie in Harlungeberch, cum tercia parte decimarum ex adjacentibus vineis, villas etiam Buchowe, Garceliz, Mufeltiz, Bultiz, Kyk cum omnibus attinenciis earum, villam Gorne cum duobus lacubus adjaentibus, videlicet Zumit et reliquo lacu proximo ville Gorne cum omni utilitate; villas insuper Thure, Tremene, Muczowe cum decimis et omnibus appendiciis earum cultis et incultis; ecclesiam Thure cum tercia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, scilicet de Itfin, Crelin, Bawerstorp et quecumque ville ibi fuerint; duas preterea partes decime de villa Bawerstorp, ecclesie Brandenburgensi attinentes, centum manfos in Zucha sitos iusto donationis titulo cum

omnibus attinenciis suis a nobis oblatos, quinque modios majoris mensure salis de teloneo Brandenburg annuatim solvendos; villam Damme, a Rudulfo de Jhericho nobis resignatam, a nobis petente conventu ejusdem ecclesie Brandenburg collatam: decimas quoque ejusdem ville, a Wilmaro episcopo Brandenburgensi oblatas, in villa Plufin decem mansos, insuper in eadem ville de viginti mansis duas partes decime; molendinum in Clinke, sex areas in Parduwin, ecclesiam Zechowe cum dote sua, scilicet duobus mansis, et totam decimam ejusdem ville et tertiam partem decimarum de villis ad eandem ecclesiam pertinentibus, videlicet Parne, Lodiz, Werdere; ecclesiam in Goliz cum dote sua, scilicet duobus mansis, et tertiam partem decimarum ville Wachowe, pertinentis ecclesie in Goliz, duos mansos in Wachowe, a Johanne de Plote nobis resignatos, eidem ecclesie in Brandenburg a nobis oblatos; ecclesiam in Nibede cum dote sua, scilicet duobus mansis, et tertiam partem decime de villa Swanebeke villam Sconlo, in qua sunt triginta mansi, cum omni utilitate, villam Vristorp, quam Evererus de Lindowe a nobis in feodo tenuit et nobis resignavit, ad opus ecclesie cathedralis in Brandeburch construende a nobis collatam. Constat itaque omnibus fidelibus cupimus, quod nos pro his conservandis a domino Friderico, Romanorum imperatore, qui hec omnia confirmavit, scriptum bulla imperiali signatum ecclesie cathedrali in Brandenburg optinuimus in curia solempni Magdeburch Kalendas Julii ab eo celebrata, cujus consensu et auctoritate omnia prefate ecclesie in Brandenburg collata confirmamus. Et ut hec nostre collationis et confirmationis pagina inconvulsa permaneat, eam sigilli nostri impressione roboravimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Sifridus, Brandenburgensis episcopus, Gerardus, ecclesie prepositus in Brandenburg, canonici ejusdem ecclesie: Walterus, Riquinus, Menzo, Baldericus, Martinus, Walterus et totus conventus, laici vero Badericus, burchgravius in Brandeburch, Evererus de Lindowe, Gerardus Falco, Gerbertus de Lyzeka, Thoedericus advocatus de Brandeburch et alii quam plures clerici et laici. Acta sunt hec a nobis in urbe nostra Brandenburg, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. indictione XII. III. Nonas Novembris, regnante domino Friderico, Romanorum imperatore et semper augusto, in nomine domini nostri Ihesu Christi. Amen.

Nach dem Originale.

**XXVI.** Bischof Balderam bestätigt die Schenkung der Kirche zu Jüterbogk dem Kloster Gottesgnade und dotirt die Kirche in Dicke, im Jahre 1183.

Balderamus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus. Quoniam ex inuncto nobis Episcopalis cure officio admonemur, Ecclesiis Episcopatus nostri privilegii cura providere in iis, que utilitati et tranquillitati earum credimus profutura. Proinde notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam succedentibus, quod Venerabilis Wicmannus, sancte Magdebургensis Ecclesie Archiepiscopus, legitima traditione contulit Monasterio B. Victoris in Gracia Dei, agente Gonthero, eiusdem Monasterii Provisore fideli, Ecclesiam in Jüterbück, cum sex Mansis eidem ville adjacentibus nec non cum aliis quinquaginta Mansis in duabus villis, quarum una vocatur Dicke altera Rothe. Addidit preterea et Capellam in Urbe, et omnes ecclesias, que infra Jüterbock edificate fuerint, ut ad principalem ecclesiam pertineant, et insuper

Hauptst. I, Bd. VIII.

15